Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 689
Quelle:
Copyright:

genuinorum eos collocet, neque alia ratio contra eos militet, reddendi sane *Augustino* videntur.

Eiusdem de misterio et sanctitate baptismatis. Cap. X. Inscriptio *fol.* 8. p. 2. *Item Sermo Sancti aug. ep. eiusdem diei.* Init: *Promisimus primo tractatu* &c. Edit. *Maur.* T. VI. *Append. col.* 289. ut mox dictum.

Item eiusdem de unctione capitis et pedibus lauandis. Cap. XI. Inscriptio *fol.* 9. p. 2. *Item ser. Sancti Aug. ep. de eisdem mysteriis.* Init: *Hucusque de mysteriis locuti sumus* &c. Edit. *Maur.* T. VI. *col. Append.* 291. ut superius dictum est.

Alius eiusdem habitus in festiuitate paschali. Cap. XII. Inscriptio *fol.* 10. p. 2. *Item ser. sancti aug. ep. De festiuitate paschali.* Init: *Dies paschę nos celebrare omnibus notum est. quibus diebus alleluia cantamus. Quapropter fratres sollicite attendendum est. ut quod uisibiliter celebramus. in animo teneamus.* Finit: *audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.*

Alius eiusdem. Secunda feria paschę. Cap. XIII. Inscriptio *fol.* 11. *Sermo sancti aug. ep. in secunda feria paschę.* Init: *Hodierno die iam ecce tertio* &c. Edit. *Maur.* T. V. Sermo 239.

Alius eiusdem quartę ferię. Cap. XIV. Inscriptio *fol.* 12. *Sermo sancti aug. ep. fer. III. paschę.* Init: *Et hodie lectio recitata est* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 248.

Item Quintę ferię. Cap. XV. Inscriptio *fol.* 13. *Sermo sancti aug. ep. in quinta feria paschę.* Init: *Et hodie resurrectio domini recitata est* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 245.

Item eiusdem de eodem die. ad sacramenta altaris. Cap. XVI. Inscriptio *fol.* 14. *Sermo sancti aug. ep. De sacramentis altaris.* Init: *Hoc quod uidetis in altare dei* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 272.

Item Sabbati die. Cap. XVII. Inscriptio *fol.* 14. *Sermo sancti aug. ep. Sabbato paschę.* Init: *Sermo michi est ad uos modo nati infantes. paruuli in christo. noua proles ęcclesię. gratia patris. fecunditas matris. germen pium. examen nouellum. flos nostri bonoris. et fructus laboris. gaudium et corona mea* &c. Finit: *tunc et uos apparebitis cum ipso in gloria.*

Item alius in eodem die. Cap. XVIII. Inscriptio *fol.* 15. *Item sermo Sancti aug. ep. in eodem die.* Init: *Hic est dies quem fecit dominus. exultemus et iocundemur in eo. Sicut domino deo nostro cantauimus. ita illo adiuuante faciamus. Omnis enim dies a domino factus est. non tamen sine causa de aliquo die pręcipue scriptum est. Hic est dies quem fecit dominus.* Finit: *quę nunquam occasum faciat in corddibus uestris.* Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 230.

Item eiusdem in die octauarum. Cap. XIX. Inscriptio *fol.* 15. p. 2. *Sermo Sancti aug. ep. in octauis paschę.* Init: *Resurrectio domini nostri ihesu christi* &c. Edit. *Maur.* T. V. Sermo 247.

Sermo eiusdem de ascensione domini. Cap. XX. Inscriptio *fol.* 16.